Seniores necnon Magistros ac totam Communitatem Pistorum Cracov. ad prosequendum et continuandum appellationem a Sententia Proconsulis et Consulum Cracov. interpositam in causa et actione ab iisdem Actoribus contra eosdem aditatos ratione illationis damnorum instituta latius in se seq. tenore sonans in domo Famati N. Pistoris N. in transversa platea S. Nicolai Crac. sita posuit ac eam positionem eidem N. publicavit ad notitiamque deduxit, qui quidem N. eam ipsam aditationem S.R.M. positam atque acceptam extra domum suam in plateam abiecit, idque sic et non aliter se habere idem Ministerialis attestatus est.

Commissio S.R.M. in causa amissi Privilegij

Exposuit nobis Nobilis N. Advocatus villae nostrae N. suo et fratrum suorum nomine, quod Privilegium originale per nostros Praedecessores eorum Antecessoribus super Advocatiam ipsam concessum in conflagratione Civitatis nostrae N. igni esset absumptum. Supplicavitque nobis humiliter ut sibi aliud novum dare et concedere dignaremur. Quia vero nemini nos solemus hoc nomine Privilegium concedere nisi de illius contentis prius ad plenum investigaremus, Fid. itaque vestris de quorum integritate confidimus committendum duximus Fidelitatibus Vestris quatenus certo die et tempore competenti una convenientes vocatoque ad se N. illi testes idoneos et fidedignos coram se statuere mandatis a quibus de ratione tam amissionis quam contentis eiusdem Privilegij et sub cuius titulo ac sigillo idipsum Privilegium fuerit elisquiratis diligenter de omnibusque et singulis pertinentibus cuiusdam Advocatiae ex tensisque conditionibus quae in corpore Privilegij continebantur ac aliis circumstantiis necessariis et opportunis iuramento corporali mediante diligenter investigatis eaque omnia et singula quaecunque per vos reperta et investigata fuerint literis mandent titulisque et sigillis suis obsignent unius vel duorum absentia Fid. Vestrarum non obstante.

Commissio Exdivision. bonor. Virginibus in Masouia observari solit.

Generosis etc. Relatum est ad nos nomine N. Nobilium N. et N. filiarum Generosi olim N. Castellani Virginum, quod Nobiles N. et N. omisso fraternae necessitudinis vinculo easdem sorores suas nec victu competenti providere, nec educationem convenientem illis dare nec etiam adultas maritis copulare nec sortem illis competentem exdividere curant. Qua ratione dictae Virgines a praedicto fratribus destitutae supplicaverunt nobis per alios amicos et consanguineos suos ut illarum calamitatis qui Deus omnium orphanorum dignus tutor et patronus nomen habere mul